



Dis. 3. num 14. 116

Disputatio Ordinaria ex Jure

Naturæ & Gentium Publico 1675, 1 22

DE

JUSTITIA
BELLORUM,

FAVENTE NUMINE

PRÆSIDE

HENRICO COCCEJO,


U. J. D. Jur. Nat. & Gent. Prof. P. Ord.
& F. J. p. t. Decano.

Respondente

JOHANNE JACOBO ISRAEL,

Heidelbergâ Palatino,

Ventilanda die 6. Mart. 1675. h. l. q. f.



HEIDELBERGÆ.



P. 486



Consuetudo Ordinatio ex Jure
Municipali & Communis Publico

DE

JUSTITIA MUNICIPALIS

EX PARTE MUNICIPII

PRÆSIDII

MUNICIPALIS CONSUETUDINE

IN D. P. M. & G. P. J. Ord.

et c. p. l. e. d. m.

et c. p. l. e. d. m.

JOHANNES JACOBO ISRAEL


Justitiarius

Municipalis Præsidii


Handelsbuch

HANDELSBUCH





§. I.




Uod de hominum Justinus,
de Romanorum Primævâ
ætate Pomponius dixere,
id de hodiernâ bellorum
verissimum est; *nimir. nul-
lo certo jure ea regi; arbitria
Principum pro legibus esse.*
Quid igitur summi Natu-
ræ arbitri decretis, quid
item justis Gentium mo-
ribus obrineat juris, breviter videbimus.

§. II.

Naturæ lex evidens est, quod nemo & ne sum-
ma quidem potestas possit simul esse pars & judex *per
trad. Disp. de Postlim. §. 1.* Jus enim supponimus
controversum inter duos, i. e. quod quæque pars su-
um esse judicat & asserit: quæritur ergo judicium
Tertii, quo jus illi, cujus est, tribuatur, & quod pro-
inde necessario diversum esse debet à judiciis parti-
um: his enim jam decisum cuique est, suum esse jus;
illo demum cognoscendum ac decidendum cujus sit;
his inducitur contrarietas, illo componitur: hæc in-
propria causa, dum quisque naturali affectu sibi stu-
det, non amplius sunt libera ad verum jus cuique

A 2

tribu-



tribuendum ; hoc ergo à propriâ causâ diversum plane esse debet.

§. III.

Hoc igitur jure non videtur summa potestas jus aliquod armis vindicare posse, nisi de eo prius per tertium, ceu arbitrum, constiterit.

§. IV.

Verum generali Gentium consuetudine obtinuit, ut sine tali arbitro decernere armis possint : quaeritur an Recte ? Et quidem videtur id negandum, per §. 2. cum gentes de naturæ decretis disponere non possint.

§. V.

Cæterum ex alio fonte recte defenditur hoc Jus belli, quod scilicet conceditur summis potestatibus ex necessitate per modum fortis seu aleæ. Nam arbitrium illud sine potestate non sufficit, nec propterea Princeps suo judicio cedere voluerit : quin cum multa à judice injungenda hinc inde sint partibus, alterutrâ partium paritionem denegante, & deficiente vi coactivâ arbitrium plane futurum esset deluforium.

§. VI.

Jure ergo principum dubio, cujus explicandi alia ratio non est, Gentes rem forti seu belli aleæ committunt : uti & privatorum jus in dubio forte dirimi solet *l. 14. jud. l. 5. fam. hercis. l. 24. §. 14. fid. lib. §. 23. leg.* & merito : Si enim nihil casu, & absque summi Naturæ Arbitri directione contingit, dubitandum non est, quin fortis eventus, non casu, sed arbitrio Numinis futurus sit. *Ira Salomon : Sors in finum jacitur.*

jacitur, sed tota cadit arbitrio Domini Prov. 16. vers. ult.

§. VII.

Imprimis ergo ad hoc rerum arbitri Judicium recte confugiunt Principes, utpote qui immediate ab eo dependent, & quorum solus ille est iudex competens, cum alium iudicem non habeant. Ita idem Salom. fors litem componit, & decedit inter summas potestates Prov. 18. vers. 18. Conf. 1. Sam. 14. vers. 41. 42. Jon. 1. vers. 7. c. 1. c. 4. qu. 2. XXVI. Non obst. c. 7. qu. 5. ead. & tit. de fortileg.

§. VIII.


Sortis autem modus Principibus proprius est alea belli: tum quod Principes ad executionem Juris ab ipsa Natura gladio armati sunt. *disq. de Summ. Pot.* tum quia hic modus solus superest, quo pars cogitur stare iudicio sortis, vi scil. victoriæ ultimæ, qua ipse hostis redigitur in potestatem Victoris, quæque est finis armorum: nam si prælio saltem fusus est hostis, aut totus quoque exercitus ejus cæsus, nondum tamen ipse, sed exercitus tantum victus est. potentia enim ejus non in solo exercitu, sed in opibus, amicis, sociis &c. consistit, unde exercitum reparare, hostique adhuc resistere potest.

§. IX.

Ut ergo appareat, cujus armis victoria potius debeatur, dicendum, omnem eorum vim licitam esse quatenus ad victoriam tendit; Illicitam autem, quatenus ad meram vindictam, non victoriam pertinet.

§. X.

In hoc ergo iudicio gentes, quæ sunt extra belli ale-



li aleam, utriusque partis actus bellicos ad victoriam tendentes interim comprobant, fortis quippe arbitrio commissos, unde nulla iis Postliminii Jura. *disp. nost. de Postlim.* pars autem quæque jus sibi suisque armis tribuit, & adversarii sui actus omnes invalidos judicat §. 2. unde utrinque jura Postliminii d. *Disp.* & has partes bello contententes *hostes* dicimus.


§. XI.

Sunt vero illi *vel principaliter tales*, scil. ipsi utrinque populi, qui jus sibi eodem bello prætendunt; nec tantum populus cum populo, sed etsi plures populi ab altera parte sociali fœdere jungantur, & commune bellum gerant, omnes sunt hostes; quia sunt pars adversa, quæ eodem communi bello jus sibi prætendit per §. 2. & §. 10. unde evidens est hoc consecutarium; quod *hostis mei socius. & socii mei hostis, mei sunt hostes*: ita & jure Civili à me peti videtur, quod à socio meo petitur, & ego petere quod socius perit L. 34. pr. rec. arb. l. §. pr. si quis caut. *vel accessorie tales*: uti amici, qui eidem causæ auxilio accedunt: illi enim ipsi pars seu hostis principaliter non sunt, quia non sibi jus bello prætendunt §. 2. & 10. sed auxilia saltem hosti mittunt, in quæ proinde idem, quod in hostem, nobis jus est; quia auxilia hæc sunt accessio & pars hostium.

§. XII.

Potest tamen hæc auxilii missio justa esse belli futura causa, utpote quo juris nostri executionem is, qui misit, impedire voluit; quod proinde non idem sed aliud bellum erit, solenni intimatione seu clarigatione inchoandum.

§. XII.




§. XIII.

Unde sequitur belli causam cum populo non esse, cujus subditi quidam ultro & privatâ autoritate hosti militant; quia populus eos non misit.

§. XIV.

Item quod pacta seu fœdera, quæ propter populum fiunt, soli populo profint, quæ propter causam omnibus sociis, qui ejusdem causæ judicium sequuntur.

4





XIII

In die festivitatis beati carissimi cuius festi-
 uo non est...
 In die festivitatis beati carissimi cuius festi-
 uo non est...
 In die festivitatis beati carissimi cuius festi-
 uo non est...
 In die festivitatis beati carissimi cuius festi-
 uo non est...



ULB Halle
003 487 296


3




50

V517







Br. 3. num. 14. 116

inaria ex Jure

atium Publico 1675, 1

22

ITIA DRUM,

NUMINE

SIDE

COCCEJO,

Gent. Prof. P. Ord.

Decano,

lente

BO ISRAEL,

Palatino,

art. 1675. h. l. q. f.

ERGÆ.

